

dilectis gratiam suam et omne bonum. Ad imperialis celsitudinis solium etc. Nuper siquidem illustris Bolko dux Swidnicensis et Lusatiae marchio princeps et sororius noster carissimus maiestatis nostrae auribus insinuare curavit, quod olim recolendae memoriae inclitus Ludwicus Romanus quondam Brandenburgensis et Lusatiae marchio pia devotione — renuncians iuri praesentationis, quod ad ecclesiam eandem sibi et suis heredibus et posteris competeat et in antea competere poterat quovis modo, quodque postmodum ecclesia ipsa sit et fuerit canonice archidiaconatui Lusatiae praelibato ad praedicti principis votum et desiderium incorporata, annexa et unita, et supplicavit instanter, quatenus tam pium tamque devotum et laudabile factum — ratum et gratum habere et imperialium litterarum testimonio approbare dignemur. Nos igitur — spem firmam fiduciamque in domino gerentes, quod ecclesiae vestrae — utilitas in eo non modica debeat procurari nosque exinde orationum vestrarum et benefactorum participem apud dominum facere debeamus, indulgentiam voluntatem consensum et renunciationem praedictas per memoratum Ludwicum marchionem de et super ecclesia in Lubyn ut praemittitur factas, necnon incorporationem — ratas et gratas habentes laudamus, ratificamus et tenore praesentium approbamus, decernentes ecclesiam eandem ita quidem ad supradictum archidiaconum Lusatiae et quoslibet suos in eodem archidiaconatu successores iure et vigore huiusmodi unionis solos et in solidum pertinere, quod nulla umquam persona alia ecclesiastica vel mundana imperii nostri ditioni subiecta, cuiuscunque status vel praesentiae existat, quidquid sibi iuris in praemissa possit aut debeat ecclesia sive iure patronatus ipsius quomolibet vindicare. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit indignationem nostram gravissimam se noverit irremissibiliter incurrisse praesentium sub imperiali nostrae maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Pragae anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo indictione quinta III. Kalend. Decembris, regnorum nostrorum anno vicesimo secundo, imperii vero tertio decimo.

Per dominum Imperatorem  
Petrus Jaurensis.

Rückseite: . . . Johannes Saxo.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen; an einem Pergamentstreifen hängt das grosse Siegel des Kaisers mit dem Contrasigill (in rothem Wachs, einköpfiger Adler mit der Umschrift: Iuste iudicate filii hominum). — In den ausgelassenen Stellen stimmt der Text mit No. 575 überein.

Neues Laus. Magazin Bd. 18. (1840) S. 59—61.

No. 577. 1368. 23. Apr.

*Der Probst und der Convent des Klosters Sitzenrode verkaufen den Vollstreckern des Testaments des Decan Dietrich von Goch  $\frac{1}{2}$  Schock Gr. Zinsen, welche bei der Feier seines Jahresgedächtnisses unter die Klosterjungfrauen vertheilt werden sollen.*

Nos Nicolaus praepositus, Konegundis priorissa totusque conventus monasterii sanctimonialium in Sitzenrode ordinis sancti Benedicti Misnensis diocesis — recognoscimus, — quod cum venerabilis olim dominus Theodericus de Goch decanus ecclesiae Misnensis felicitis recordationis nobis et monasterio nostro — legaverit et assignaverit